

Matthias Herman Werrecorensis (Werrecore, Hermann Matthias). Cantuum quinque
vorum quos motetta vocant . . . liber primus. Milano, Francesco et Simone Moscheni.
1559. RISM M1407.

Title:

CANTVVM QVINQVE VOCVM
(QVOS MOTETTA VOCANT)
HERMANNI MATTHIÆ WERRECOREN. MVSICI
EXCELLENTISSIMI, LIBER PRIMVS.

Nunc primum in lucem editus.

Cum Priuilegio.

[Printer's mark with motto printed vertically on either side: VNVM NIHIL, DVOS |
PLVRIMVM POSSE.]

MEDIOLANI,

APVD FRANCISCVM ET SIMONEM MOSCHENIOS.

M. D. L. VIII

Dedication:

*HERMANNVS MATTHIAS WERRECOREN. | MAGN. VIRO ANTONIO MARINO
PANSANO. S. D. | [orn.] |*

*QVÆ Duo maximè optari hoc tempore ab ijs folent, qui in publicum daturi aliquid sunt,
elegantem typorum | formam, uirumque egregium, cui labores suos dedicent, ea mihi
nunc, & præclara utque contigisse lætandum | summopere arbitror. Nam nouum hunc
cantuum excudendorum usum, quem summo labore ac dexteritate adhi=|bita in lucem
reuocarunt Moschenij typographi diligentissimi, quis non maximè admiretur? quem nos
etiam | mirati sumus, cum difficultatem eius rei spectantes emergere unquam posse primò
diffidebamus. Verùm, quòd | te uirum ornatissimum bona quædam fortuna, imprimis
autem tua spectata uirtus obtulerit, cui has meas uigi=|lias dicarem, id uerò inter summos
laborum meorum fructus referendum existimo. Nam præter egregia alia animi tui
ornamenta, | summam humanitatem erga bonos omnes, maximum splendorem, quo
domum tuam ornatissimam esse uoluisti, ita in his nostris | musicis es uersatus, ut nullum
ego aliud exactius iudicium foleam desiderare. Quò fit, ut aliquid esse nostros cantus tunc
demum | sperare incipiam, cum a te laudatissimo uiro laude dignos haberi intelligam. Id
autem potissimum genus tibi dicauimus primùm | quidem propter immortalia tua in me
collate beneficia, ob quæ quicquid ego sum, id totum tibi deberi sentio: tum uerò quia a te
| plurimum probari, & Blancae uxori tuæ ornatissimæ feminae primariæ gratum esse
intelligo, atque etiam quia grauius est, & | pios concentus & a Christiano homine non
alienos continent. Quamobrem fore confido, ut te nonnunquam, sepositis paulisper |
grauioribus curis, animum his nostris leuare non pigeat: ita enim mihi non minimus
laudis, ac ornamentum cumulus accefferit, si in | quamplurimorum minibus hi nostri libri
aliqua cum laude uersentur. Id autem proculdubio fiet; nam quod te facere homines
ani=|maduertent, id sibi quoque faciendum summa cum dignitate existimabunt. Cum*

*igitur mihi contigerit te talem habere uirum, te | etiam rogo, ut me meáſque res foueas,
eáſque non indignas exiſtumes, quæ tuo nómine illuſtrentur. Vale. |*

Mediolani. Idibus Ianuarij. M. D. L V. |

Index:

TABVLA

[column 1]

VENI ſanctæ Spiritus, Mott.
O lux beatiffima, ſecunda pars.
O altitudo diuitiarum,
Alma redemptoris mater,
Tu quæ genuiſti, ſecunda pars.
Virgo prudentiffima,
Confundantur qui me perfequuntur,
Principes ꝑſecuti ſunt me gratis, ſecunda pars.
Tanto tempore vobiſcum ſum,
Si bona ſuſcepimus,
Aue regina cœlorum,
Gaude glorioſa, ſecunda pars.
Ecce nos relinquimus omnia,
Et omnis qui relinquerit domum, ſecunda pars.
Porta hæc clauſa erit peccato,
Hæc dies quam fecit dominus,
Dextera domini fecit virtutem, ſecunda pars.
Tu ſolus qui facis mirabilia,
Quid ritribuam domino,
Sana me domine,

[column 2]

Proh dolor,
Inclina Deus aurem tuam,
Exaudi domine, ſecunda pars.
Inuiolata integra & caſta es Maria,
Quæ nunc flagitant, ſecunda pars.
O benigna, o regina, o Maria, tertia pars.
Quaſi ſtella matutina,
Verbo ſignis & exemplo, ſecunda pars.
Popule meus, quid feci tibi?
Quid vltra, ſecunda pars.
Ego propter te, tertia pars.
Ego te pauſi manna, quarta pars.

Aue maris stella,
 Sumens illud aue, secunda pars.
 Solue vincla reis, tertia pars.
 Monstra te esse matrem, quarta pars.
 Virgo singularis, quinta pars.
 Vitam præsta puram, sexta pars.
 Sit laus Deo patri, septima pars.

FINIS.

DEO OPT. MAX. LAVS.

Contents:

- I. Veni fanctæ spiritus & emitte cœlitus lucis tuæ radii, Veni pater pauperum Veni dator consolator munerum . . . in labore requies in æstu temperies in fletu solatium.
- II. O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium sine tuo numine nihil est in homine . . . da virtutis meritum da salutis exitum da perenne gaudium. secunda pars
- III. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius . . . & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.
- III. Alma redemptoris mater quæ peruia cœli porta manens, & stella maris succurre cadenti, surgere qui curat populo.
- V. Tu quæ genuisti naturæ mirante tuum fanctum genitorum uirgo prius ac poſterius Gabrielis ab ore sumens illud Aue peccatorem miserere. secunda pars
- VI. Virgo prudentiſſima quo progredieris? quaſi aurora ualde rutilans filia Sion tota formosa, & suauis es: pulchra, ut luna, electa ut sol.
- VII. Confundantur qui me perfequantur et non confundar ego paueant illi indue super eos dum afflictionis, & duplici contritione contere eos domine Deus noster
- VIII. Principes persecuti sunt me gratis, & a uerbis tuis formidauit cor meum . . . Lætabor ego, super eloquia tua confundantur. secunda pars
- IX. Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui uidet me, uidet et patrem meum . . . Si diligitis me, mandata mea seruate. Alleluia.
- X. Si bona suscepimus de manu domini mala autem quare non sustineamus? . . . sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum.
- XI. Aue regina cœlorum, Aue domina Angelorum: salue radix sancta, ex qua mundo, lux est orta.
- XII. Gaude gloriosa super omnes speciosa, uale ualde decora, et pro nobis Christum semper exora. secunda pars
- XIII. Ecce nos relinquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? . . . fedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.
- XIII. Et omnis qui relinquerit domum uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. secunda pars
- XV. Porta hæc clausa erit peccato et non aperietur quoniam dominus Deus ingressus est per eam eritque clausa a principio suæ formationis.
- XVI. Hæc dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea.
- XVII. Dexterâ domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me. secunda pars

- XVIII. Tu solus qui facis mirabilia, tu solus creator qui creasti nos, tu solus redemptor qui redemisti nos sanguine tuo preciosissimo; in te solum confidimus, nec alium adoramus Iesu Christe. Exaudi quod supplicamus et concede quæ petimus rex benigne.
- XIX. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.
- XX. Sana me domine quia peccaui nimis & dimitte me, ut paululum plangam dolorem meum antequam reuertar ad terram tenebrosam.
- XXI. Proh dolor ergo Aualum rapuit mors impia magnum? Ah quantum Aufonia. ah quantum tu Carole perdis Peæfidium: heu, nobis quid tam graue contigit unquam?
- XXII. Inclina Deus meus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & uide defolationem nostram . . . ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.
- XXIII. Exaudi domine, placare domine, attende, et fac ne moreris, propter te metipsum Deus meus quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum domine Deus noster. secunda pars
- XXIII. Inuiolata integra & casta es Maria, quæ es effeçta fulgida cœli porta. ò mater alma Christi carißima fuscipe pia laudum præconia nostra, ut pura peçtora fint, & corpora.
- XXV. Quæ nunc flagitant deuota corda, & ora tua per precata dulcifona, nobis concedas ueniam per sæcula. secunda pars
- XXVI. O Benigna, o regina, o Maria quæ sola inuiolata permanisti. tertia pars
- XXVII. Quasi stella matutina splendet pater inclytus, & ut luna, plena, bina stat corona præditus, pudicitia, & doçtrina: radians diuinitus quasi sol in templo fulget, doçtor iste maximus.
- XXVIII. Verbo signis & exemplo, confessor Hieronymus, doçtorum doçtor inclyte adiutor tu Hieronyme in tribulationibus succurre miseris. secunda pars
- XXIX. Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristauit te? responde mihi quia eduxi te de terra Aegypti . . . & manna cibauit te, et introduxi in terram satis optimam.
- XXX. Quid ultra debui facere tibi, quod non feci? Ego quidem plantauit te uineam meam speciosissimam . . . & lancea perforasti latus saluatori tuo. secunda pars
- XXXI. Ego propter te flagellam Ægyptum cum primogenitis suis, & tu me flagellatum tradidisti . . . & tu me deduxisti ad prætorum Pilati. tertia pars
- XXXII. Ego te pauit manna per desertum, et tu me cecidisti alapis, et flagellis. Ego te potauit aqua salutis de petra . . . Ego te exaltaui magna uirtute, et tu me suspendisti in patibulo crucis. quarta pars
- XXXIII-XXXIX. Aue maris stella [all verses]

Part-books:

<i>CANTVS.</i>	A-G ⁴	56pp. Dedication. Index.
<i>ALTVS.</i>	A-G ⁴	56pp. Dedication. Index.
<i>TENOR.</i>	A-G ⁴	56pp. Dedication. Index.
<i>QVINTVS.</i>	A-G ⁴	56pp. Dedication. Index.
<i>BASSVS.</i>	A-G ⁴	56pp. Dedication. Index.

Remarks:

Oblong format. In *Inclina Deus meus aurem tuam*, Altus part substitutes word *tribulationem* for *desolationem*. Copy consulted: D-Hs (microfiche). RISM M1407.